

(2x4)

mf **IN** taberna **QUAN**do sumus
NON curamus **QUID** sit humus,
pp sed ad ludum properamus,
cui semper insudamus.

mf **QUID** agatur **IN** taberna
Ubi **NUM**mus **EST** pincerna,
pp hoc est opus ut queratur,
si quid loquar, **AUDIATUR.**

ff **HOC EST OPUS UT QUERATUR,**
SI QUID LOQUAR, AUDIATUR.

(2x4)

mf **QUID**am ludunt, **QUID**am bibunt,
QUIDam **INDISCRE**te vivunt.

pp Sed in ludo qui morantur,
ex his quidam denudantur

mf **QUID**am ibi **VESTI**untur,
QUIDam **SACCIS** induuntur.

pp Ibi nullus timet mortem
sed pro Baccho mittunt sortem:

ff **IBI NULLUS TIMET MORTEM**
SED PRO BACCHO MITTUNT SORTEM:

f **PRIMO PRO NUMMATA VINI,** (3)
EX HAC BIBUNT LIBERTINI; (3)

p semel bibunt pro captivis,
post hec bibunt **TER** pro vivis,
QUATER pro Christianis cunctis
QUINquies pro fidelibus defunctis,

ff **SEXIES PRO SORORIBUS VANIS,**
SEPTIES PRO MILITIBUS SILVANIS.

pp Octies pro fratribus perversis,
nonies pro monachis dispersis,

pp **DECIES** pro navigantibus,
UNDECIES pro discordantibus,
DUODECIES pro penitentibus,
TREDECIES pro iter agentibus.

ff **TAM PRO PAPA QUAM PRO REGE**
BIBUNT OMNES SINE LEGE.

(6x4)

p **B**ibit hera, bibit herus,
Bibit miles, bibit clerus,
Bibit ille, bibit illa,
Bibit servis cum ancilla,
p **B**ibit velox, bibit piger,
Bibit albus, bibit niger,
Bibit constans, bibit vagus,
Bibit rudis, bibit magnus.

Bibit pauper et egrotus,
Bibit exul et ignotus,
Bibit puer, **B**ibit canus,
Bibit presul **ET** decanus,
f **B**ibit soror, **B**ibit frater,
Bibit anus, **B**ibit mater,
Bibit ista, **B**ibit ille,
Bibunt centum, **BIBUNT MILLE.**

ff **PARUM SEXCENTE NUMMATE** (3)

ff **DURANT, CUM IMMODERATE** (3)

f **BIBUNT OMNES SINE META.**

QUAMVIS BIBANT MENTE LETA,
SIC NOS RODUNT OMNES GENTES,
ET SIC ERIMUS EGENTES.

ff **QUI NOS RODUNT CONFUNDANTUR**
ET CUM IUSTIS NON SCRIBANTUR.

fff **IO, IO, IO, IO, IO, IO, IO, IO, IO...** *fff* **IO**

p16